Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Scientia universalis concionandi seu dictionarium morale - Cod. Ettenheim-Münster 88-91

P-Z - Ettenheim-Münster 91

Richard, Jean

[S.l.], 1776

H

urn:nbn:de:bsz:31-110889

Visual Library

corrupunt; petra inveteratarum ipsorum consuetudinum illos indurat. Animæ leves et inconstantes, mentes mille curis implicatæ et divisæ, corda iniqua, quibus tanta siccitas quanta duritia, talis est caracter vester, tales sunt causæ infidelitatis vestræ ad gratiam.

Sermo Secundus

Pro fer. 6. 4^{ae} heb. in Quadrag. 325. 22.

Dicit ei Jesus: Mulier si scires donum Dei. Joan. 4.

Tota gratiæ scientia ad duo capita reducitur, scilicet ut eam postulemus cum magna humilitate, atque cum magno animo laboremus. Ut eam cum magna humilitate postulemus, quia sine illa nihil possumus, nec nobis debetur; ut laboremus cum magno animo, quia cum illa omnia possumus, atque sine nostra cooperatione nos salvare non potest. Humiliemus nos, prima ratio nobis gratiam conciliandi, sine qua nihil possumus. Agamus et laboremus, secunda ratio, ut in nobis gratiæ consilia adimpleantur, quæ nihil facere potest sine nobis, &c.

Documenta moralia .... 361. 47.

Supplementum .... 385.

H

Humilitas.

Vera et falsa humilitas, ipsius incitamenta, caracteres, contemtus gloriæ, &c.

Sermo Primus.

Pro Dom. 3^{a} post Pentecost. 387. 1.

Respondit non sum. Dixerunt ergo: Quis es, ut responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de te ipso? ait: Ego vox. Joan. 1.

Quid humilitatem reddat necessariam, quid eam utilem nobis efficere possit. Ipsius incitamenta et regulæ.

Sermo Secundus.

Pro Dom. 5^{tia} post Pentecost.

Publicanus à longè stans nolebat nec oculos ad coelum levare, sed percutiebat pectus suum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Lucæ 18. 403. 13.

Omnia conspirant ad nos humiles efficiendos, sive nos ipsos consideremus tanquam homines et obligatos vivere cum hominibus; sive nos ipsos contemplemur velut Christianos et ad felicitatem æternam vocatos. .... 415. 23.

Documenta moralia .... 415.

Supplementum ....

Hypocrisis

Falsa devotio.

Errores Spirituales, dolus, falsitas humanarum virtutum.

Sermo Primus.

Pro Dom. 7. post Pentecosten. Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecùs autem sunt lupi rapaces. Matth. 7.

448. 56. Perfectiones divinæ cum majori contemtu ab hypocrisi tractantur, quàm ab aliis peccatis. Jura proximi ab hypocrisi cum callidiori malignitate quàm ab aliis peccatis violantur.

Sermo Secundus.

Pro Dom. 22. post Pentecosten. Quid me tentatis hypocritæ. Matth. 22.

462. 67. Hypocritæ mendaces et fraudulenti qui actionibus vestris et Sermonibus decipitis, discite esse ingenui et Sinceri. Hypocritæ vani et Superbi, qui in vestris bonis operibus aliud quàm gloriam Dei quæritis, discite grati esse ac fideles ad illi gloriam vestram devovendam.

476. 82. Documenta moralia

506. Supplementum.

Tomus Tertius

J

Indulgentia.

Jubilæum.

Ipsius institutio, vera media illud lucrandi, et emolumenta, quæ ex eo hauriuntur, &c.

Pro exordio Jubilæi

Sermo Primus.

1. 1. Audiam quid loquatur in me Dominus, quoniam loquetur pacem in plebem suam, et super Sanctos suos, et in eos, qui convertuntur ad cor. Psal. 84.

Jubilæum ex parte Dei est perfecta pax et exsuperantia misericordiæ; Sed ex parte nostra est obligatio ad Sanctitatem et conversionem cordis.

Sermo Secundus.

Audiam quid loquatur in me Dominus, quoniam loquetur pacem &c.